




407



407a.6





zawsze łaskawemu miał zgrzeszyć, z tym się protestuję, że iako w każdym życia mego postępkach wierność ku Najjaśnieyszemu Pánu mojemu Miłosciwemu zachowywałem, tak do ostatniego życia mego kresu docho- wać nie przestanę. W Dyspozycyi zaś Dobr moich teraznieyszey czyli to prawnie, czyli nieprawnie uczynioney, zawsze iednak we- dług słow z prawa wyiętych, Dobr ziemskich, żadnego ani uczynilem, ani uczynić nie mo- głem przeciwnego Máiestatowikroku. Wzmiankowana Konstytucya 1609. Roku w Mánifeście, y iakobym miał ją łamać *per resona tones* Dobr moich, ktorem teraz uczy- nił, tá Konstytucya pozwala czynić Ordyna- cyą Dobr swoich Xciu JANUSZOWI Ostrog- skiemu *favore Conservationis Nominis & Do- mūs* X cia Ostrogkiego temi słowy: *Iz mu wol- no będzie uczynić Ordynacyą in Futurum w Do- brach swych nieruchomych y ruchomych gdziekol- wiek leżących, ktore teraz ma kto, y iako miałby mu Sukcedować tak z potomstwa Jego masculini sexūs, iako eo deficiente quocunq; Gradu succedentiū z dalszych Osob.* Daley potym taz sama opie- wa Konstytucya: *Ita tamen, ut in alijs omnibus Conditionibus Ordynacya ta Juribus & Oneribus Terrestribus subjaceat.* Xiążę JANUSZ Ostrog- ski wypisawłszy *in parte successionis* Ordynacyi Dobr swoich modum, zamiast wezwania *in Casu defectūs successionis* dalszych Osob *quocunq; Gradu succedentes*, oddaie te Dobra Kawalerom Maltańskim. Czy możesz taka *Ordinatio stare*, ktora *repugnat* Prawu w pozwoleniu tey

teyże Ordynacyi napisanemu, y czy może
kto pozwolić sobie więcej, niż Konstytucya
daie mocy. Ze zaś niedosyć iest na tym
mieć pozwolenie od Rzepltey czynienia
Ordynacyi Dobr własnych, ale trzeba ie-
szcze drugiey Konstytucyi *Approbationis; ra-
tio status exigit*: Ze gdy kogo Rzeczpospo-
lita *excipit* od prawa pospolitego, y komu
pozwała insze u siebie stanowić, aby wi-
działy Stany Rzepltey, że te Prawa nie są
dla Oyczyzny ciężkie; dla tego wszystkie
insze Ordynacye mają iedne Prawo pozwo-
lenia czynienia Ordynacyi, a drugie *appro-
bationis* Stanow Rzepltey, ktore to Prawo
po pozwoleniu czynienia Ordynacyi Dobr
Xciu JANUSZOWI Ostrogskiemu nigdzie
się nie znaydaie. Aże Rzeczpospolita nie
approbowała, miała racye *ex contextu* Kon-
stytucyi, że Xiążę JANUSZ Ostrogski za-
miał zawołania *ad successionem quocunq; Gra-
du succedentes* z dalszych Osob, oddaie Do-
bra swoje Kawalerom Maltańskim, przez co
nie tylko *mutatur Natura Bonorum Terre-
strium, & convertuntur in spiritualia contra
mentem* teyże samey Konstytucyi, ale Ciż
Kawalerowie Maltańscy choć by *aequalitate*
urodzeni, *per jus Religionis*, ktore na siebie
biorą, wychodzą *ex jure Regni*, wychodzą
*ex supremo Rzepltey Dominio, dependentiam
à Magistro Ordinis non à Republica* mając, a
naostatku co tu mówić przeciwko Konsty-
tucyi 1677. ktora zostawiła sobie *facultatem*
na przyszłym Seymie *Decisionis* o Ordyna-

tecessorów moich, albo odemnie Prawo mają. Nie odbieram com raz dał, y owszem utwierdziłem Prawo ich, kiedy *in pretium Bonorum* w Kontraktach *Resignationis* Prawa ich weszły; A zatym *securitatem* Praw swoich utrzymywać powinni. Ja tylko łamey od Jchmościow wespół Braci moich wzywam z serca ku mnie wdzięczności. W tymże Manifeste wyrzucone mi Uniwersały *aequalitatem* wzruszające; przeciwne mnie serce może dać Cyrkularnemu Listowi Uniwersału Imię, który to list nie dla tego dany, aby Grodzkich Urzędow, Ziemskich, y Trybunałow nie znał jurisdikcyi, tylko aby do wiadomości przyszła dla wszystkich Dyspozycya moja, y żeby każdy odemnie *jurisquæsitōr* wiedział, co komu dotrzymać należy, jeżeli zaś kto *amicabiliter* nie uczyni, nie masz tam w tym mniemanym Uniwersale dołożonego Rigoru, który z Dekretu ustanowionych Sądow przez Rzeczpospolitą tylko naznaczony być może. Nie skarżył się nikt na mnie, żebym kogo równie urodzonego miał przerzucać okiem. Miałem dotąd co dawać, rozdałem: dopiero teraz wpierają we mnie wyniosłości umysł, nigdy w Osobie moiey niepraktykowany. Wspomniona w tymże Manifeste Konstytucya, 1667. którą Rzeczpospolita pozwala Opiekunom Xcia Alexandra z Zaslawskich Ostrogskiego Grunt Ordynacki w Warszawie leżący, *favore JMci Pana Donhoffa* alienować, Druga Konstytucya 1673. *hanc alienationem approbue*
ie.

Dobra w okręgu Państw Rzeczpltey zamknięte są Dobra Rzeczpltey, ale y to przyznaię, że gdyby *Ordinatio* miała *stare*, nie byłyby już Rzeczpltey Dobra, *mutando Naturam Supremi Dominij* w Rękach Kawalerow Maltańskich. Jeżeli zaś kto sekretnie myśli przez Nomenklaturę Dobr Rzeczpltey, że *ad Fiscum* należą, jakimże to Prawem mogłaby przyiść ta imaginacya komu? żeby te Dobra, z których miłość godnych niegdy Oyczyzny Synow tak piękną na obronęicy zostawiła Milicyą, teraz świeżo przezemnie ztwierdzona Transakcyami; miały podpadać temu niezczęściu, ktoremu *subsunt perduellionis Crimina*. Rzeczpospolita łaskawa Páni, żywi mnie y żywić będzie, wiernie icy służyć nie przestane. Daie ta Chleba, ale nikomu ani bierze, ani brać pozwala, y w niey wszystkich moich obrotow zakładam ufność. Wspomniona w Manifestie przeciwko mnie Konstytucya 1624. 1627. 1628. iakobym był ich przestępcą. Te Konstytucye obracaią Milicyą z Dobr Ostrogskich na obronę Kraiu od Pogan, którą iá ostatniemi Transakcyami utwierdziłem *pingviori jure*, bo nietylko przeciwko samym Poganom, iako chcą mieć te Konstytucye; ale na każdą Rzeczpltey potrzebę pod Kommendą J.W. Hetmana W.K. y Forum Trybunału Radomskiego w niedofyc czynieniu naznáczyłem. Obracam się teraz do Jchmościow Panow Donataryuszow y Possefforow Dobr Ostrogskich; Wszyscy siedzący w Dobrach, albo od An-

B tecef-

cyi Ostrogskiej, a tym samym nie approbo-
wała, bo by była nie miała o czym mówić
na przyszłym Seymie. Pytam się teraz, gdy-
bym oddalając się *à festu* świata tego według
Manifestu w Grodzie Lwowskim teraz świe-
żo przeciwko mnie uczynionego, który
utrzymuje, że *Ordinatio non eget approbatione*
stanow Rzepltey, y że ta *Ordinatio stat pro*
perpetua lege, gdybym mowę mając Ordy-
nacyą za Ordynacyą oddał ją Kawalerom
Maltańskim, czybym nie popełnił był *Cri-*
men Status? wzywam teraz Zdania kocha-
jącego Oyczyzny Syna. W Rękach Bożkich
życia każdego termin, gdyby mi był na-
znaczył w przedkim czasie śmiertelnie za-
wrzeć Oczy moje, zostawiłbym był Kawa-
lerom Maltańskim bity goścień do Dobr
moich, *a Successoribus Sanguinis*, czyli między
Sobą *summum Chaos*, czyli z Kawalerami
Maltańskimi domową wojnę. Uczyni-
łem tedy *per resignationes* Dobr moich Dyf-
pozycyą, nie zostawiając szkodliwej dla
Oyczyzny Kawalerom Maltańskim do nich
ścieszki, którzy czyli przez wojnę ustawi-
czną z Turczyńcem, czyli *exemplo* krwawey
z Krzyżakami wojny, mogliby bydź samey
Oyczyźnie ciężcy. Dobr zaś moich Dyspo-
zycya *favore* tych uczyniona, którzy *sub-*
sunt juri & pena Reipublicæ, tak iako chce
mieć Konstytucya, y muszą słuchać, co każe
Rzeplta. Wspomniono w tym Manifestie,
że Dobra Ostrogskie są to Rzepltey Dobra,
przyznaię, przyznaię więcej, że wszystkie
Do-

95.
25.

ie. Coż może bydź większym dowodem, że Rzeczpospolita nigdy *plenè de jure & Forma Ordinationis* nie była informowana, kiedy *sub Nomenclaturam* Ordynacyi żadne Grunta w Warszawie ani Pałace nie wcho-
dzą, iako świadczy podana do Aktow Lu-
belskich *Primi Fundatoris* Ordynacya, co
tylko przypisać trzeba *scrupulosa sollicitudini*
JMści Pana *Donhoffa* nabywającego tego
Gruntu, y niewiadomości. Tytuł Ordynata
w żadnym Prawie *Prerogatywy* nie mający,
ieżeli bywał przezemnie brany, nie mógł
mieć mocy z partykularnych moich Tran-
sakcyi, bo by to było *Contra æqualitatem*,
gdyby partykularnych Osob Transakcyę
Vim legis brały. Na ostatku wydane do Mi-
licyi z Dobr Ostrogskich Ordynante, suro-
wy na mnie feruią Dekret, z ktorego zaś Są-
du przez stany Rzeczpospolitey ustanowionego, nie
doczytuie się. Po publiczney explikacyi
moiey z tym się protestuie, że przy wdzię-
czności Najiaśnieyszemu PANU Memu
Miłosciwemu y wierności, iako y ku Oy-
czyźnie, wszystkie życia Mego momenta
obracać zawsze będę, a w równości z wszyst-
kiemi urodzony szczęśliwey wolności przy
łaskawym Krola y Pana mego Miłosciwe-
go Panowaniu y Sam równo ze wszystkiemi
zażywać żadam.

L. xdm 502/3

95
25.

**ORDINATIO
ILLUSTRISSIMI JANUSSIJ**

Ducis in Ostrog

CASTELLANI CRACOVIENSIS

Bonorum suorum

*In Commodum totius Reipublicæ
facta.*

ANNO DOMINI MDCXVIII.

QITAWIA
1844
311122
222222

ACTUM

Lublina in Judicijs Ordinarijs, Generalibus, Tribunalis Regni,
Feriâ Secundâ in Craftino Festi Nativitatis S. Joannis Baptistæ.
Anno Dñi Millefimo, Sexcentesimo, Decimo octavo.

*Accedens Judiciū præfens Ordinariū Generale Tribunalis Regni Lublin: Illu-
stris & Magnificus JANUSSILIS Dux in Ostrog, Castellanus
Cracoviensis, Comes in Tarnow Włodzimiriensis, Circassiensis,
Pereſtaviensis, &c: Capitaneus, mente corporeq; sanus, receden-
do à Terris, Districtibus Juribus, Jurisdictionibusq; suis quibus-
vis huic autem Juri & Jurisdictioni se, ac Successores suos, cum
Bonis suis generaliter omnibus, quo ad Actum præsentem attinet,
totaliter subijciendo & incorporando, publicè libereq; recognovit,
& in parata Copia produxit suam præsentem tenoris sequentis
Ordinationem.*



Certò sciens, quòd Vitæ summa brevis, & inevitabilis
fati necessitas, omnem humani Generis progeniem ad
immortalis Gloriæ æternitatem revocet; viamq; uni-
versæ Carnis ingredi omnibus Nobis unâ Lege impe-
ret, actiones et negotia publica, atq; privata tam Prin-
cipum, Heroum, Magnatum, quàm & privatorum,
ad rectam Conscientiæ, & perpetui Nominis con-
servationem pertinentia, recto justoq; Judicio moderari, ordinariq; doceat;
deniq; in congestis atq; conquistis Fortunarum Nostrarum ornamentis, dis-
ponendis & illis ad Posteris transmittendis, quàm prudentissimò & Salu-
berrimò Consil.ò adhibendò exerceat: Pulcherrimum siquidem est, Cursum
& Periodum Vitæ nostræ, ante ultimum diem, ita consummare; ut nul-
lum Juris nostri præjudicium, neq; rerum ac bonorum nostrorum jactura,
(ubi ea pro Animi nostri sententia disposuimus) remaneat. Neque ullam
Existimationis Nostræ procellam curamq; (dum eos qui nobis charissimi
sunt, in album nostrorum recensemus, eos verò, qui non leves causas offen-
sionis nobis præbuere, postposuimus & præterijmus; non Authoritati no-
stræ quidquam decedere censemus, si ea, quæ post obitum facienda, retri-
buenda, & distribuenda, Superstites in præsentem assignamus: Multos siqui-
dem Hæredes, propter Intestatos Eorum Antecessores, litibus & injurijs
implicatos succedere pænuit. Etenim Curâ torquetur animus, in conqui-
rendis Bonis, Splendoribusq; domesticis magnus impendendus labor est, ma-
xima in ijs conservandis augendisq; sollicitudo, & in ijs collocandis, cujus
videlicet subjecti arbitrio & potestati subijci debeant, ne dispereant, sed re-
tineantur, profundæ prudentiæ, & non nisi ejus viri, qui consilia sua opti-
mè explicare, rerumq; & temporum momenta egregiè observare soleat,
opus est. Cum itaq; Directissimus Dux Janussius Vlodimirus, ex Magni-
fica & Gnosa Teofila à Szczezarzevice Infans ac Hæres Universi nobis
Gratiâ divina datus, & tandè è medio, sicut Altissimo placuit, sublatus est, in
Ejus Benedictione futuræ Prolis interim certam spem, reponimus. At verò
jam ex nunc, Statutis & Constitutionibus Regni, quibus unicuiq; dispo-
nendi

*Unicum Hære-
dem & Suceſ-
sorem Filium
suum satis ces-
sisse testatur &
ob spem futura
Prolis Ordina-
tionè constituit.*

*Omnes dispo-
sitiones prae-
teritas cassat.*

*Ordinatus de-
bet semper u-
nus tantum
esse, scilicet Ma-
sculus.*

*imo Gradu
successionis
ad Ordinati-
onem Filium
suum Natu
majorem de-
signat.*

nendi de Bonis Facultas est concessa, inhærentes, omnes, singulas, & uni-
versas Dispositiones Ordinationesq; ad Acta quæcunq; Regni, sub quacunq;
Forma, Methodo, & Stylo, Ratione, & occasione Bonorum suorum omni-
um tam mobilium, quam immobilium, & moventium in genere, vel
etiam in specie, nec non de instituendo Hærede, sive Hæredibus mediatis
& immediatis, ad capiendam & obtinendam Hæreditatem Successionem
& Gubernationem Bonorum eorundem omnium, inscriptas, & recognitas,
atq; ex iisdem Actis quibusvis authenticè extraditas, & transumptas, hac
præsenti Ordinatione suâ, tam ex vi præmissorum, quàm virtute Constitu-
tionis singularis, in ipsis Comitij Generalibus Regni, Varaviae, Anno
Dni 1609. Celebratis, concessæ Facultatis, gravissimis rationibus, & causis
Animum suum permoventibus, atq; desuper justâ & maturâ Deliberatione
præhabitâ defacto cassat, è medio tollit, abrogat, & nullius valoris omnia
& singula, præterita & anteaeta, ad diem & actum præsentis Ordinati-
onis, declarat; imò pro cassatis, mutatis, & abrogatis fore, esse & fieri debe-
re vult, facit, & ordinat, sibi & suis Successoribus, Hæredibusq;, præsentis
Ordinationis virtute & nexu, sive alio quocunq; Jure & prætextu in & ad
Bona sua omnia & universa succedentibus Possessionibus, eam Legem cassa-
torum & abrogatorum, præteritarum omnium Dispositionum & Ordinati-
onum præsentibus imponendo. His itaq; præteritis, posthabitis, cassatis &
abrogatis, ac è medio eliminatis, extinctisq;, Juri Publico & Dispositioni
vigore ejusdem Constitutionis memoratæ, in Comitij Generalibus Regni
Varaviae laudatæ, & in Volumen Legû Regni, Ordinibus Universis non modò
consentientibus, verùm ad Sacram Regiam Majestatem, partes suas inter-
ponentibus, inscriptæ, inhærendo, imò verò eam Legem & Constitutionē
in effectum & executionem, ac ipsummet habitum & Actum deducendo,
Ordinatis, Nominatis, & declaratis suis Successoribus & Hæredibus, pro
tempore & ævo, ut infra Ordo præscriptus docebit, existentibus, & Bona
possidentibus, modū, Ordinē, & ejus succedendi, ac Bonis disponendi, his,
quæ sequuntur; Cōditionibus, Clausulis, & medijs disponit, præscribit, tradit,
dat, donat, atq; concedit & ordinat. Hancq; præsentem Ordinationem per se
factam & constitutam, in primis, ad Majorem Divini Nominis Gloriã,
Sanctæ Fidei & Religionis & Catholicæ Obedientiæ Professionem, ac Reipu-
blicæ & Patriæ Officia alacriter præstanda, habere vult & desiderat.
Porrò Ordinationis hujus, post præmissâ, primam Legem statuit, semper
unicum tantum Hæredem Bonorum infracriptorum, Ordinatæ Dispositi-
oni subjectorum Possessorem, temporibus perpetuis, Eumq; Masculum, Re-
ligionis Romanæ Catholicæ, juxta Ordinem infra scriptum fieri debere.
Primum autem & immediatum Hæredem, post Decessum Ipsius Reco-
gnoscentis, Filium natu Majorem (si Divinâ favente Clementiâ per se pro-
creatus fuerit) constituit, ita videlicet: Quod si Unicus fuerit omnium ge-
neraliter Bonorum suorum, mobilium, & immobilium, nullis exceptis,
obtineat successionem & Possessionem perpetuam, conditionibus nihilomi-
nus infra exprimendis observatis. Quod si plures Filij per Eum progeniti,
post Ejus Decessum superstites manserint, Ipse qui Natu major, unicus
Bonorum Ordinationi præsentis subjectorum Hæres, & Dominus manebit.

Cæteri verò quotquot fuerint, Bona reliqua ab ea Ordinatione exclu-
sa, ut infra patebit, æquali Divisione partientur. Ea verò Bona huic Ordina-
tioni

nationi, Possessioni Primi Hæredis & Successoris subijcit: Castrum & oppidum Ostrog prout sibi Divisione ab Illustri olim, & Magnifico Alexandro Duce in Ostrog Palatino Voſhyniæ cessit, cū omnib9 oppidis, Prædijs & Villis, ac attinentijs: Oppidum Miedzyrzec, similiter cum omnibus attinentijs: Castrum & oppidū Dubno, cum Villis, Prædijs, & attinentijs, Castrum & oppidum Stepan, cum villis prædijs & attinentijs: Castrum & oppidum Konstantinow, cum villis, Prædijs & attinentijs: Castrum & oppidum Bazilia, cum villis, prædijs & attinentijs: Castrum & oppidum Sulzyncze, cum villis, prædijs & attinentijs: Item Castra & oppida Kroſnelow, Kuźmin, Czartorye, Sapochow, Mieropol, Niemiſna, Zatorzyce, Cudnow, Piątek, Januszpol, Sosnow, Darkowice, Pikow, Glink, Wilſk, Nowy Ostrowek, Kraſnopol, Lutowicz, Hrybowica, Lesna, Smiſłowicze, cum omnibus eorum Caſtrorum, Fortalitiorum, Oppidorum prædijs, villis, & attinentijs, prout singula Prædia, Villæ, & attinentiæ, tam in Divisione, quàm in alijs per se acquisitis Emptionibus sunt expressæ & specificatæ, cæteraq; Bona sua hæreditaria, & obligatoria, si quæ supra memoratis Bonis contigua, & vicina, quovis modo, successu temporis acquisiverit, aut quocunq; Jure, aut à quibuscunq; Personis ad Illum pervenerint, seu devoluta fuerint, Juraq; Patronatûs quorumvis Beneficiorum existentia, Thelonea, itē quævis in iisdē Bonis antiquitus quibusvis Bonis & Fundis per Dominos Principes & Serenissimos Reges Poloniae concessa, sive pontalia, sive Aggeralia, sive Foralia, cum omnibus deniq; eorundem Jurib9, Proventibus, & utilitatibus, specificatione, generalitatis & è contra, non excludendo statutoq; Regni de restrictione generalitatis, per adjunctam specialitatem, per expressum renuntiando. In ijs igitur omnibus supra scriptis Bonis, unicum solum Majorem Natu Filium Hæredem, & Dominum, & usufructuarium, constituit & ordinat. Post Ejus verò decessum, solum inter Filios Illius natu majorem; Majore autem steriliter decedente, alterū Ejus Fratrem ætate proximiorē, & consequenter. Reliqua verò Bona, videlicet Castrum & Civitas Tarnow, juxta quod sibi divisione cessit, cum prædijs, & villis ad id pertinentibus: Castra & oppida Wiewiorka, Opatow, Czmielow, Grocholice, Krzczonow, Glinka, Kobierzyn, Pleſzowa, Kowala, Zembocin, Prokocin, Mikołaiowice, Czyſow, Biała, Kosowice, Swierna, Mietulisko, Czestoczycze, Suleiow, Wałowice, Jakubowice, Rudniczek, Swidniczek, Swidniczka. Wola, Długie, Nowy Dwor, cum Prædijs, Villis ad id pertinentibus, Arſzyn, Kolow, Tetiow, Olszanica, Rokitno, Lubaczow, Petichory, similiter cum omnibus Prædijs, Villis, & attinentijs, includendo omnia Bona, his supra scriptis contigua, per se, sive ante, sive post Divisionem quovis Juris Titulo acquisita, vel postmodum acquirenda, non Ordinationi sed Divisioni subijciendo, nec non Bona Peremil, unā cū Pagis ad eadē Bona spectantibus, in certis pecuniarijs sumis Jure obligatorio possessa, unā cū Inscriptionibus, Literis Originalibus, Possessione, Intromissione, Vadijs & Ligamentis, & Obligationibus Universalis.

Item Bona omnia Mobilia morte Illius derelicta in auro, argento, parata pecunia, in deposito existentia, prout Testamento & Regestro speciali exprimentur, in æqualem Divisionem Omnibus Filijs Ejus quotquot superstites fuerint cedere debent. Quod si verò nullâ relicta Prole Masculinâ, Eum è vivis decedere contigerit, in hoc casu Filium Illustris & Magnifici ALEXANDRI Ducis ab Ostrog in Zaslav, Palatini Bractaviensis,

Bona Ordinationi subijciuntur specificatæ tenore talis.

Ordinatio debet esse unicus natu major post cujus decessum ætate sequens natu major succedet.

Excipit Bona quæ Ordinationi subijci non debent, sed ex Divisione naturali Ordine devolvuntur ad successores, quorum series talis.

Bona quoque mobilia post mortem ad sui æqualem divisionem Successoribus cedenda assignat.

2do Gradu
Successionis,
in casu non
existentia fu-
tura Proles,
Franciscus ex
Filia sua na-
tum, respici-
do Sanguine,
eligis, Eo mor-
tuo, ceteros
ordine, quo
supra succede-
re debere de-
claras.

Proles 2di
Thori ab hac
Ordinatione
excluditur.

Ipsa Eius Fi-
lia ab hac
Successione
excluditur.

3tio Gradu
Successionis
designat Con-
sortem Filie
sue Alexan-
drum Ducem
in Zassaw.

Filij tamen
Ejus 2di Tho-
ri excludun-
tur.

4to Gradu
Successionis

Zitomiriensisq; &c: Capitanei, ex Illustri & Magnifica EUPHROSINA, Filia Eiusdem Illustri & Magnifici Castellani Cracoviensis progenitum, Nomine FRANCISCUM Natu Majorem, unicum Hæredem omnium generaliter Bonorū suorū, Mobilium & immobilium, tam eorum, quæ Ordinationi sunt subjecta, quàm eorum, quæ in Divisionem erant cessura, constituit, & ordinat. Qui postquam Divinâ Grâtia Filium Primogenitum ex propria uxore susceperit, Is Eô defuncto, ad ea omnia Bona tenenda & possidenda succedet, succedereq; debet. Si verò præfatus Illustri Dux à Zassaw FRANCISCUS, nullô Filiô legitimô relicto, sterilis decesserit, ex tunc secundo natus, & ætate defuncto proximus, videlicet Illustri Dux CAROLUS & Filij Ipsius, Ordine & gradu, uti infra: At verò eô decedente, Illustri Dux DOMINICUS, pariter & Filij Ipsius; vel etiam Eô steriliter mortuo, ex tunc cæteri nascituri Illustri Alexandri Ducis in Zassaw, Palatini Braclaviensis, Zitomiriensis &c: Capitanei, cum Illustri Euphrosina ab Ostrog Coniuge, Filia Recognoscentis progeniti Filij, & Fratres defunctorum ex utroq; latere Germani, unus post alterum, vicissim in Hæreditatem, Dominium, & Possessionem Bonorum Ordinatorum succedent, uti quidem pro Hæredibus & Successoribus ad ea omnia Bona adoptantur, & præsentibus ordinantur. Quæ quidem Proles procreata Mascula, modo supra expresso in Hæreditatem & possessionem Bonorum succedere debet, ita, ut primus Natu major Filius, & deinceps Natu majoris primus Masculus natus, vel in casu Eorundem decessus Sterilis Frater ex eisdem Lumbis ætate proximior, omnium Successione potiatur. In Casu verò post decessum sterilem Illustri & Magnifici ALEXANDRI Ducis ab Ostrog in Zassaw, Palatini Braclaviensis sine Mascula Prole, Eiusdem Euphrosinæ Convolutionis ad secundas nuptias cum quavis Persona, & Procreatione ex secundo Marito Liberorum, ex tunc ex secundo Thoro procreati Liberi Ipsius ab omni Successione & Jure Bonorum omnium præsentis Ordinationis removentur. Jam verò, cum propter Conditiones & causas, supra vel infra expressas, præfata Illustri Euphrosina Filia sua à Successione & Possessione Bonorum præfatorum amota & exclusa est: Idem Recognoscentis, in hujusmodi casibus & causis, post sterilem decessum universæ Mæculæ Proles ex Illustri & Magnifico ALEXANDRO Duce in Zassaw Palatino Braclaviensi, cum Eadem Illustri Euphrosina ab Ostrog procreatæ, ex tunc ex Secundo loco & ordine Ordinatur, & inscribit, vigore & Autoritate ejusdem Conventus & Legis sibi concessæ, in suum verum & legitimum Hæredem & Successorem hunc Ipsum Illrem & Magnificum ALEXANDRUM ab Ostrog in Zassaw Ducem Palatinum Braclaviensem, & Capitaneum Zitomiriensem, eâ tamen Lege: Si & in quantum Proles Illius Mascula ex Illustri EUPHROSINA Duce ab Ostrog Recognoscentis Filia, suscepta, defecerit, ex tunc duntaxat Ipse in locum & Ordinem Mæculæ Proles succedere debet; porro liberi Ipsius, non solum Fæminæ, verum etiam sexus Masculini ex Secundo Thoro progeniti, ab omni beneficio præsentis Ordinationis & Successionis removentur, & prorsus absolute excluduntur. Si autem DEO Optimô Maximô sic fortè Disponente, ut omnes supra recensitos, & ordinatos Bonorū superscriptorum Hæredes nullâ remanente superstiti Prole Masculâ ex Illustri Stirpe Zassaviana decedere contigerit; Ex tunc secundo Ordine & Gradu, sub Conditionibus insertis & annexis, ad Filium Primogenitum Illustri

stris & Magnifici Ducis in Birze, Dubinki, & Słucko, Magni Ducatus Li-
 thvaniae Pocillatoris, & sui ex olim Illri & Magnifica CATHARINA ab
 Ostrog Ducissa, sua Sorore Germana Nepotis, seu Sororini, Ejus-
 dem Legis & Constitutionis publicae vigore, universorum Bonorum supra
 scriptorum Haereditatem, Dominiū & Possessionem devolvi debere statu-
 it, decernit, & ordinat, & sic consequenter in Filium Illius natu Majorē,
 & deinceps eō Ordine & modō ut supra de Illustri stirpe Zassaviana scri-
 ptum est, unus post alterum, quousq; ex Lumbis memorati Illustri Ducis
 RADZIWIŁ, Pocillatoris Magni Ducatus Lithvaniae Filij Stirps Mascula
 duraverit, constituendo semper pro Jure sempiterno, quod Natu Major
 tantum Filius ex stirpe ea, Isq; Romanae Catholicae Fidei, Patri
 Mortuo succedet, atque ita perpetuō: quod ad Posteritas aliqua Ma-
 scula ex Lumbis ejus profecta duraverit, ita nimirum in quaque stirpe
 Major natu tantum Filius succedat. Unā autem stirpe extinctā, altera,
 & huic sequentes, proutcujusq; stirpis Authores, proximē extinctae stirpis
 Authoribus proximior aetate fuerint, vicissim ex ordine sibi succedant, neq;
 plures quā unus proximi Possessoris natu majoris Filius, vel proximus
 Nepos, commemoratorum Bonorum sit Dominus, Possessor, & Haeres ac
 usufructuarius. Reliqui verō quotquot eorum fuerint, priusquā ad
 illos ordo successionis perveniat, nullum jus aut Dominium in iisdem Bo-
 nis habeant. Quodsi verō Praefati supra Ordinati Haeredes, contra Illu-
 stre & Magnificum Recognoscentem & Mecanatem aliquas machina-
 tiones & insultus tentare, & moliri praesumpserint, eundem aliquā notā in-
 gratitudinis irritaverint; eō ipso factō ab omni spe & jure Successionis & Pri-
 vilegio Ordinationis praesentis remonentur, & pro remotis declarantur.

*ordinat Fili-
 um Ducis Ra-
 dziwił, Pocil-
 latoris M. D.
 L. ex Sorore
 sua progenitū:
 Cateramq; ejs
 Prolem, Or-
 dine ut supra.*

Ad extremum. Si & ea ultima numero & ordine desi-
 gnatio Cognatorum Ducum Radziwiłow stirps & Familia, ex praef-
 ato Illustri & Magnifico Duce Janussio Radziwił Sororino Recogno-
 scentis supra nominato procedens defecerit, nullusq; ex eadem Malcu-
 lus supervixerit, ut plurimum enim, quod mens spontē divinat, idem
 subijcit ratio, & revolutio saeculorū subministrat, nec etiā eo in casu ad Fæ-
 mineum sexum (qui ipso factō virtute praesentis Ordinationis, ab Hære-
 ditate & Successione Bonorum omnium Ordinationi praesentis subjectorum
 exclusus est, & perpetuō excluditur) Successio & Dominium Bonorum
 praefatorum deveniat, autoritate Constitutionis memoratae, & virtute
 Ordinationis praesentis, & ex vi Constitutionis statuit, subijcit & ordinat,
 assumendum esse de medio Ordinis Militum Malthenis auratae Militiae
 virum, prout origine clarum, ita etiam virtutibus & dexteritate excellen-
 tē modō fuerit nationis, utpote Gentis nostrae Polonae, Lithv., aut Ruthenae,
 Religionis tamen Romanae Catholicae; hujus verō Domini & Possessoris
 praesentibus Ordinati, lege perpetuā & irrevocabili, Electionem Reipu-
 blicae Universi Regni, Ducatū, & Satrapiarū, Palatinatū, Terrarū Distri-
 ctū, statūs tam Spiritualis quā Saecularis, et Equestri Ordinis Personis
 praesentibus dat, attribuit, concedit, inscribit & ordinat; Servatō ejus-
 modi eo in casu progressu; ut in omnibus Conventibus Palatinatum,
 Terrarum, & Districtuum Universi Regni, & Ducatum Regno anne-
 xorum, sive pro Eligendis ad Judicia Tribunalitia Generalis
 Regni, tam Majoris, quā Minoris Poloniae, & Terrarum, Districtu-
 umq; Deputatis, sive Terrarum ad Comitia indicta, sive indicenda,

*Famulus se-
 xus "perpetuo
 ab hac Ordi-
 natione exclu-
 ditur.*

*Vltimo Gra-
 du, Ordinas
 assumendum
 Nationalē E-
 quitem Meli-
 tensē, ad suc-
 cessionem hujus
 jus Ordina-
 tionis.*

*Ab Universa
 Republica cō-
 ligendum.*

*Primum in
 Comitibus si-
 ve Deputa-
 torum, sive
 Antecomitia-
 libus.*

pro

pro eligendis Terrarum Nuntijs immediate sequentibus, qui horum Con-
 ventuum particularium primus post decessum ultimi & immediati Hæ-
 redis inciderit, mediantibus Universæ Nobilitatis Statûs utriusq; tam
 Spiritualis quàm Sæcularis Regni & Ducatum, votis ac Suffragijs,
 quæ unicuiq; Nobili etiam humillimæ fortis libera esse debent (plura-
 litatis Numero ponderando) quem Nobilitas Statûs utriusq; tam
 Spiritualium, quàm Sæcularium, congregata pro meliori conditione, com-
 modo, & bono Reipublicæ, Ordinis Equestris, Bonæ famæ & existima-
 tionis Strenuum virum, & ad res gerendas, potissimum verò ad tuendos
 fines, & propulsandos Scythas Turcasq; perpetuos Regni hostes, habilem
 ac in re Militari diu & optimè ac feliciter versatum, idoneumq; é nu-
 mero Ordinis Militiæ Auratæ Malthensis putaverint, eligant, nomi-
 nent & profiteantur. Demum verò in Comitijs Generalibus Regni ex
 Albo Candidatorum universis Ducatibus, Palatinatibus, Terris & Di-
 strictibus Regni, in particularibus Comitijs nominatorum, collatis omni-
 um Dominorum Nuntiorum Regni & Dominijs eidem annexorum,
 tam Spiritualium quàm Sæcularium, sententijs, itidem per Pluralitatem
 Votorum Dominorum Nuntiorum Terrarum, unum ex Candidatis,
 approbatum, electum & Nominatum, coram Sacra Regia Mâjestate,
 & in Amplissimo Senatu Regni denuntient, proclament, ac insuper pu-
 blicè à S: R: Mâjestate confirmationè obtineant, atq; instrumētū hujus Electi
 Nominati & Constituti Ordinatiq; Domini ac Bonorum Possessoris futuri
 instrumentum Ordinationis conficiant, & Major Pars Dominorum Nun-
 tiorum, tam Spiritualium, quàm Sæcularium, qui vocibus minorem su-
 peraverint, Sigillis proprijs illud consignent, & manibus suis subscribant,
 atque ad Acta Castrensia loci illius, sub ipsis Comitijs Generalibus Regni
 exhibeant; Vel si ea Acta non pateant, ad Acta quævis Authentica Regni,
 per manus certorum ad id Deputatorum Dominorum Nuntiorum Terre-
 strium offerant, & inscribant. Qui quidem modò præmissò Electus &
 declaratus Dominus & Possessor, virtute præsentis Ordinationis, potis erit,
 & est, imo declaratur, & ordinatur præsentibus, tanquã legitimus Dominus
 Bona eadem omnia Ordinationi præsentis subjecta occupare, tenere, &
 possidere, sub Conditionibus huic Ordinationi annexis. Jam verò uni-
 versi & Singuli, modo, Ordine, & grâdu Constituti, Ordinati &
 futuri Hæredes, Domini ac Possessores Bonorum præfatorum omnium,
 Ordinatione præsentis dispositorum, & modò, quò supra, Ordinatorum,
 conditiones infra scriptas ferre, tenere, & pati, eas deniq; tam in toto quàm
 in parte complere, expedire, & exequi debebunt, tenebuntur, suntq; præ-
 sentibus adstricti, & obligantur Ordinatione præsentis.

*Per pluralita-
re votorum.*

*Militem exer-
citatum.*

*Deinde in Co-
mitijs plurali-
tate votorum
Nominandum.*

*Et à Rege cõ-
firmandum.*

*Diplomate pu-
blico instruc-
tum.*

*Conditiones
& obligatio-
nes Ordinati.*

*1mo ut semper
sit Catholicus*

*2do ut Stem-
ma & Titulū
Familia Con-
stituentis reci-
piat, & eis u-
satur.*

Primum quidem, Sacræ Romanæ Catholicæ Ecclesiæ Professionem
 tenere & observare; à qua si quispiam eorum defecerit, realiter ipsò Factò
 à beneficio Successionis & Ordinationis præsentis removendus, proximus
 verò ordine & ætate, gradu, ut supra, juxta præsentem ordinationem,
 qui fuerit ejusdem Fidei & Religionis Catholicæ professor ad obti-
 nenda omnia eadem Bona & Dominia succedet; & pro Hærede declaratur.

Secundo: ut quivis Hæres, Dominus & Possessor, ex quacunq; stirpe
 Ordinatus, atq; subordinatus Successor Stemma & Titulum Familæ
 Constituentis, seu Ordinationis Ostrogianæ recipere teneatur, ac eodem uti;
 prout præsentibus modò adoptatur, imo obligatur, tam in privatis &

publicis actionibus, quam Imaginibus & Majorum suorum ac suis Sigillis & vexillis quibusvis.

Tertio: Modò, quo præmissus, Institutus, Adoptatus, & ordinatus quivis & quilibet Hæres, sumpto initio à Primo Illustri & Magnifico Dno FRANCISCO Duce in Zaskaw & Palatino Braclaviensi Filio, primo ac Principali Ordinato Hærede, postea cum Annum Vigesimalium Quartum ætatis suæ superaverit, & Bonorum Possessionem & Dominium affecutus fuerit, & quivis post eum immediate succedens Hæres Bonorum Ordinationi præsentium subjectorum pro tempore Possessor, debet, et tenebitur procedendo sensim justo cursu temporis; Castra seu munitiones in Bonis & Locis suis propriis, prout pro usu Reipublicæ & tuendis finibus, aut Dominijs Regni, & Provinciarum Palatinatus Podoliæ, ubi sibi melius & cõmodius expedire videbitur, ædificare, constituere, reædificare & erigere, prout loci occasio, opportunitas aut ratio temporis postulerit, & constructa opportunis & necessariis Machinis, ac omnibus ad arma, & defensionem Arcis, pro victu militum, quàm usu propugnaculi attinentibus dotare & providere, pro salute Regni & Reipublicæ, sanguinisq; Christianorum, contra Scythas, Turcas, & alios Christiani nominis hostes defensione m.

3tio. Ut munitio in Bonis suis, ad tuendos Regni & Provinciarum Podoliæ fines erigat, reficiat, provideat.

Quarto: Tempia, Monasteria, per Illustrem Ordinantem inchoata, quorum fundamenta sunt jacta, si favente Divinâ Gratiâ per ipsum ad perfectionem cõstructa durante vitâ ipsius nõ fuerint, perficient, & cõservabunt, idq; non excedendo sumptum ultra assignationem constituentis, in Testamento ultimo ordinatũ & præscriptũ. Cæterũ quoniam ædificia illa Templorũ Provisione & Fundatione indigent, uti, qui postmodũ in illis Altaribus servient, ex altari vivant; instituit præsentibus & ordinat, Successoresq; ad id exequendum subijcit iis omnibus Templis, vel illorum Præpositis, Parochis, Commendariis, Vicariis pro tempore futuris, provisionem et ordinarium proventum, secundum Fundationes cuilibet Ecclesiæ inscriptas tantisper duraturam, quoad melior conditio, vel Fundatio, five per ipsum, five per aliquem ipsius Hæredem, pro illius arbitrio constituta non fuerit. Cavet præterea idem Recognoscens; pro præsentibus affecurat Summas omnes, quæ postmodum in paratis Testamentõ legabuntur, & ad pia quævis opera ac pios usus assignabuntur, non alibi, quàm eo quo demonstratæ fuerint, distribuendas & convertendas esse: ad hæc sepulchrum sub ædibus Templi Tarnoviensis per se inchoatum, ubi corpus olim demortuæ Uxoris Prioris Illustri olim & Magnificæ SUSANNÆ SEREDZIANKA reconditũ & depositum est, suumq; posthac deponi jubet, ut omnino per Successionem ipsius pro exigentia cujusvis deteriorationis, vel corruptionis semper prout expedit, reficiatur & reparatur, mandat & obtestatur.

4to Fundationes Ecclesiasticas conservet & exequatur.

Funeris autem & Obsequiorum sepulturæ pro more Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Ceremoniarum negotiũ & promotionem ac expeditionem, Illustribus & Magnificis inscriptione speciali nominatis & expressis Dominis, Tutoribus designatis committit, mandat, et in finem pietatis eorum deponit & commendat, ita tamen, ut expensam Decem Millium Florenorum non excedat. Legat idem Recognoscens de omnibus generaliter proventibus Tarnoviensibus, Wiewiorcensibus, & Mikołajoviensibus Bonorum, ordinat & assignat Quingentos Florenos pecuniæ Polo-

520 Vs 200.
Equites & 300
Pedites in usu
Reipubl: suis
sumptibus expe-
diat sub Obe-
dientia Ducū
Exercituum Re-
gni, nisi deso-
lacione Bono-
rū excusetur.

Familiares &
famulos circa
Tenuras & Pos-
siones conser-
vet, si tamen
Officia debita
praestent.

Polonicalis, Sacerdotibus Mansionarijs, ad Ecclesiam eandem manentibus per Hæredes eorum Bonorum Singulis Annis perpetuè, juxta literas foundationis, pendendos, qui tenebuntur & erunt obligati, secundum foundationem Officia illis incumbentia omnia exequi. Tenebuntur insuper ijdem futuri Hæredes & Successores, praesentibusq; obligantur, pro qualibet urgente Reipublicæ necessitate, contra Tartaros, Turcasve, & alios id genus Christiani Nominis hostes, Trecentos Equites optimè armatos, totidemq; Pedites idoneos sumptibusq; proprijs, vel ipsimet in Persona sua, vel suum Locum tenentem, Virum strenuum, idoneum & rei Militaris peritum, expedire & ducere, Exercituiq; Reipublicæ adjungere, Exercituum Praefecto, cum suis commilitonibus parere, & militari disciplinae subesse (nisi forte, quòd Deus avertat, Bona eij aliquo ex casu ad desolationem perveniant, ad tenuioremq; deveniant Fortunam, hoc enim in Casu excusatus censebitur.) Statuit de cætero supra memoratus Recognoscens, Successorēq; onerat, ut omnes suos amicitia veteri necessitateq; junctos idē Hæres & Successor, Majorū suorū exēplō debito, prosequatur Honore, Familiares verò, & famulos integritate, & fide probatos observet, eorum operā & consiliō utatur, circa Tenuras & Possessiones Illorū (modò officia debita praestent) ac Officia conservēt, nedū diminuendo verū potius augēdo. Si etiam ipsos mori contigerit, vel aliquem illorum mortuū famulor: vel servorum, nihil ominūs uxores & liberi circa Possessiones & usus suos Patris meritis gaudentes conservari debent, non tamen Possessiones eorum ad perpetuitatem & Hæreditatem, sed ad temporaneum Jus & Fructum Bonorum extendi debere, nec Possessiones ex ea occasione ullam Hæreditatem praefatorum Bonorum praetendere posse etiam longissimi temporis praescriptione in se veniente declarat. Quodsi aliqua ex justa Causa, aliquis Possessione privandus esset; id ex consilio Agnatorum Domūs suæ Seniorum faciet, specialem tamen rationem & modum de Dispositione Familiae suæ, & omniū servorū, post suū è vivis decessū, Testamento jã conscripto, vel in futurū conscribēdo tum & de rerū mobiliū, summarumq; Dispositione idem Recognoscens suo robore vult permanere, per eundem Successorem tenendum & exequendum. Ad extremum statuit & omnino habere vult & injungit eidem Successori suo, ut omnes generaliter subditi sui, post decessum ejus à solutione censuum ad triennium integrum liberentur, fiantq; liberi & immunes, tamen his exactis, futuris deinceps Annis & subsequētib; solitos & debitos census soluturi.

Porro Illustris & Magnificæ THEOPHILÆ à Szczekarzowice, Hæredes Instituti ac Ordinati, ac Bonorum Possessores, in usu & Possessione Bonorum Juri Advitalitio Illius ab ipso Recognoscēte concessō subjectorū, & eidem obnoxiorū, illāsam & integram conservare tenebuntur, quam & ex nunc Ipse Illustris & Magnificus Recognoscens permanere vult, eamq; pacificè & quietè, conservare, tueri & protegere debebunt & tenebuntur, nullo Juris praetextu, aut modo, violento, sive alio quovis praetextu eam ne molestent, aut impediānt, imo eidem opem & auxilium praestent, omniq; ex parte aut occasione debitum Honorem & reverentiam statui Illius Ducali exhibeant, idque sub vadio Viginti Millium Florenorum pecuniae Polonicalis in casu alicujus Violentiae seu impedimenti succumbenda, debita Juris viā in Foro Fori repetenda, ea tamen ratione & conditione, nisi forte ad secundas

cundas convolaverit Nuptias, nam eo ipso à Possessione Bonorum removenda erit, & Jure advitalitio privari debet. Ut autem hæc Ordinatione & de Bonis dispositio, lege publicâ concessa, & in effectum Actu præsentis deducta, perpetuum robur obtineat, hoc onus Illustri & Magnifico Recognoscens in Personâ, & post, in reliquos omnes ordine supra scripto & modo ac Gradu in Bona, morte derelinquenda, succedentes, temporibus perpetuis imponit, quod nusquam licebit omnibus, universis, & singulis, ex hac vel illa Familia & Stirpe Successoribus, ac Bonorum Ordinationis præsentis Subjectorû, Constitutis declaratis & Ordinatis Hæredibus, Dominis & Possessoribus, ea Bona nec in toto, nec in parte, tam ad Spirituales, quam ad Sæculares Personas alienare, donare, resignare, oppignorare & obligare, aut quovis modo & Forma, speciè amittendorum vel alienandorum Bonorum, sive etiam re judicata super strepitum Juris à Stirpe successorû alienare & diminuere, sub nullitate omnium attentatorum. Alioquin secus facere præsumens, ab omni beneficio & prærogativa, ac beneficio adoptionis, & Substitutionis Hæredis, ac Ordinationis præsentis vigore & jure cadet, & cadere debet: & mediatas in locum contravenientis & secus facientis succedere, & Bonorum Possessionem, Dominium, proprietatem & Hæreditatem obtinere debet, de quibus Prior eidem succedaneo cedere, ac illa sibi deoccupare tenebitur ipso facto; & pari ratione si ex sæculari statu in Spirituale, ultra Ordinè Auratæ Militiæ Ordinis Maltensis, ut supra, quisque etiam Bonorum Possessione Dominio & Hæreditate gaudens, & Bona possidens, ex Ordinationis Hæredibus, stirpis cujusvis, pro tempore existens convolaverit, ex tunc similiter ab usu, Dominio, & Hæreditate, ac Possessione Bonorum, sibi præsentis Ordinatione competentium, cadere debet, & ea mediato Hæredi succedenti, & Successor Ordinato, juxta Ordinationem præsentem, tradere & deoccupare tenebitur. Ne verò is, quicumque pro tempore ex vi Ordinationis præsentis Hæres, Dominus & Possessor Bonorum existens, exlex sibi ipse vileatur, & intuitu hujus conditionis, de non alienandis seu inonerandis Bonis, ac sub eo prætextu, quævis cum Injuria vicinorum tam Nobilis, seu Equestris, quam cujusvis Statûs hominum, facere damna & gravamina inferre, impunè putet & præsumat, eo in casu si quam injuriam noxam, aut damnum, tam personis quam rebus & Bonis, cuicumque hominum dederit, fecerit, aut intulerit, Juri Publico pareat, & omnibus de se conquerentibus, non uti exlex, sed uti Civis Regni, Jure mediante respondeat, & Jure victus, legitimi Judicij Sententiâ, rei judicatæ pareat, & pro omnibus satisfaciat, vel ex suis aliunde venientibus, & per ipsum habitis Bonis, vel iis deficientibus, ex tunc ex usu fructu, & Proventibus, Bonorum Ordinationi huic subjectorum, ad ipsum, & ærarium illius inferendorum, per eundemque pro usu ipsius privato, atque mensa propria Illius convertendorum, usque ad Satisfactionem Parti conquerenti, juxta Juris communis præscriptum. Relinquit nihilominus & reservat sibi idem Recognoscens, inhærendo præfato consensui in Conventione Regni Generali Varsaviensi Facultatis sibi concessæ, integram liberamque Potestatem durante vitâ suâ primùm de Bonis qualitercunque Ordinatis pro libitu suo apud quæcumque Acta disponendi; deinde præsentem Ordinationem, si ita Recognoscenti videbitur, sive in toto, sive in parte corrigendi, commutandi, vel abrogandi

Bona Ordinationi subjecta nullatenus alienari vel diminui aut oppignorari debent.

Natus Ecclesiasticus præter Equites Militantes capax est hujus Ordinationis possidenda.

Ordinatus quicumque fuerit, Juri Publico subjectus est, tanquam Civis Regni.

*Ordinatio hac
firma & irrevocabilis cen-
setur. Authoritate præfati
totius Conventus Generalis
Varsaviensis.*

di, seu locupletandi, & quæcunq; occasio vel temporis oportunitas suggeresse-
rit, Ipsiq; visum fuerit faciendi. Si verò præfens Ordinatio à se non im-
mutabitur, nec corrigetur, imò morte superveniente approbabitur, ipso
Facto præfens Firma & irrevocabilis permanere debet hac suâ Personali
recognitione, & Authoritate præfati Conventus Generalis Varsaviensis
mediante. Quam ab omnibus & singulis Successoribus suis, ex quacunq;
linea existentibus, salvâ, illæsâ tam in toto, quàm in parte, omnibus ejus
capitibus, punctis, clausulis, articulis, teneri & observari vult, eisdem
juxta Facultatem sibi per Sacram Regiam Majestatem ac omnes Or-
dines Regni in præfata Conventione Regni Varsaviensi sibi concessa,
præsentibus ad ea omnia obstringendo & obligando, eamq; ad Acta præsen-
tia Judiciorum Ordinariorum Generalium Tribunalis Regni offert suâ
præfenti Approbatione interveniente.

Super quod Adjudicatum Judicio solutum.

Correxit Jzdebski

mpp.

FRANCISCUS STOINSKI *Judex Terrestris
Lublinensis*



Legit cum Actis Pakulski.

geste-
n im-
s ipso
sonali
vianfis
cunq;
s ejus
ofdem
Or-
cessa,
esen-
fuâ



